

Constitutio II.

fert Cherub. tom. 2. bull. in Pio V. constit. eius 11. pag. 191. in qua Pontifex eximit fratres monachos, Moniales, ac alias regulares personas, eorumque Monasteria, Canobia, Conventus, Ecclesiast. Capellas, Oratoria, & alia loca, ac terras, possessiones, predias, agros, & bona, necnon laboratores, colonos, arrendatarios, locatarios, affiliarios, ac gestores suorum negotiorum, ab omnibus exactionibus, tam urbanis, quam rusticis, necnon datis, gabellis, pedagis, & c. regalibus, collectis, impositionibus, oneribus ordinariis, & extraordinariis, ac tam realibus, quam personalibus, meritis, & mixtis, etiam subsidio triennali, & augmentatione, ac focolaribus, eorumque taxis, militumq; hospitijs, &c. tam impositis, quam imponendis. Nec solum sunt immunes a foliendis gabellis Clerici ordinati in faciis, sed etiam Clerici primæ tonsuræ, dummodo incendiis in habitu, & tonsura clericali, & infestuant in diuinis alicuius Ecclesiæ. Courauri prædic. quæst. cap. 31. sub num. 9. Fillius. tom. 1. tract. 16. ca. 11. numer. 298. & habetur in Trid. leff. 23. de reformat. cap. 6.

143 De Clericis autem conjugatis dicit idem Concilium, quod si deferant habitum, & tonsuram, & infestuant alicuius Ecclesiæ de mandato Episcopi, gaudent priuilegio Canonis *Si quis fidei, & priuilegio, quod non possint conueniri coram iudice seculari propter delicta.* Et habetur in c. vni. de Cler. coniug. in 6. quod caput inuocatur à Concil. Trid. Non gaudent autem immunitate gabellarum, quia illas soluerunt tenentur, sicut laici, & ad cetera laicorum onera tenentur, vt habetur dicto cap. vn. §. In ceteris, vbi Glossa, & Glossa etiam in summa. Docet etiam Guido Pape q. 383. Secus autem est in Clericis græcis, licet conjugatis, quia etiam gaudent immunitate gabellarum, & alteriorum onerum. Quarant. verb. Vectigal. ampliat. 2. pag. 631.

144 Possunt etiam dicti ecclesiastici absque gabella solutione vendere, seu vendi facere bladum, vinum, oleum, & familia, habita tam ex fundis, & vineis patrimonialibus, quam beneficialibus, non solum ad grossum, sed etiam ad minutum, non tamen tam ad minutum, quod possint tenere tabernac. vt Glossa in c. Negotiatorem, dist. 88. Sed V. G. si habeat Clericus centum metretas vini, quod non sit coactus omnes vni vendere, sed quod possit vendere vni decem, alij vnam metretam, alij medianam, alij quartam partem metretas, sic de frumento, & oleo. Nec per hoc potest dici negotiator, & per consequens quod in eo locum habeat cap. fin. de vir. & honest. Cleric. in quo Clericus negotiator, si ter monitus non desistit, perdit quod ad vectigalia clericale priuilegium; hac enim soluerunt tenetur iuxta morem patriæ. Nam ille propriè dicitur negotiator, qui em rem, vt eam lucri causa integrum vendat, ut dicitur exprefse in cap. Ejiciens. dist. 88. Ita etiam in Panor. confil. 6. num. 2. Tol. in summ. cap. 38. num. 13. Sylvest. verb. Excommunicatio 9. numer. 46. Rodriq. in summ. tom. 2. cap. 73. concil. 5. Vnde patet, quam allucinentur aurantii abcecedi emptores gabellarum, quando prætentunt de dominis, vel prædictis. Religiosis emptis ex pecunia eis in testamentis a fidelibus pro animabus ipsorum relictis cum misericordiis obligatiōibus perpetuis, vel sine illis, sibi soli debere vectigalia; nam, inquit, cum domus emuntur pro habitatione fratrum, exempta quidem sunt, sed cum emuntur ad eas locandas, tenentur soluerunt, quia hoc est negotiare. Vide imperitiam hominum. Legant Cluyf. relator. cap. Ejiciens. dist. 88.

145 Adiuste etiam, quod prohibentur Clerici negotiatori luci causa sibi soli debere vectigalia; nam, inquit, cum domus emuntur pro habitatione fratrum, exempta quidem sunt, sed cum emuntur ad eas locandas, tenentur soluerunt, quia hoc est negotiare, vide Quær. ver. Vectigal. ver. Limitatur denique pag. 62. & Tusch. verbo Clerici, concil. 381. Et ad

quæ onera tenentur eccles. & ad quæ non, vide Tusch. verbo Onera personalia, &c. concil. 126. vbi etiam à quibus compelli possint subire onera, ad quæ tenentur. 146 Ad ultimum si queraras, an possint emptores gabellarum exigere a Regularibus iuramentum quod res, V. G. triticum, vimum, &c. quæ per duanam transfeunt nomine dictorum Regularium, sint ipsorum, & ad ipsorum vius deputata.

147 Ut respondam, suppono 1. Regulares non possunt compelli ad testimonium ferendum in causis civilibus, nisi quando veritas aliter habeti non potest. Ita habetur in cap. Cim. super. & cap. Dilectorum, de test. cog. Quo pacto intelligenda sunt multa priuilegia Medicantibus concessa, quod non possint compelli testificari, quæ refutat Rodriq. tom. 2. quæst. Regul. q. 10. art. 2. Vnde hoc casu possunt etiam compelli, mediante suum Superiorum regularium praeceptio (ad testificandum quod iudice laico, vel ecclesiastico: interrete enim multum Reipublicæ, vt veritas patet) atque ita dicta priuilegia limitat Panor. in cap. 1. dc test. cog. num. 4. & Rodriq. loc. cit. qui arbitratur, quod in causa fangi unius non possint compelli, etiam quando veritas aliter habeti non potest. Farin. p. 2. praxis de test. cogend. q. 78. num. 199. 200. & 201. Hoc tamen intellige, quod non possint compelli in causa fangi unius, ideat ad condemnandum aliquem ad mortem, vel ad abscondendum membrum; ecce autem est ad testificandum pro liberacione aliquius a morte, vel in infânia, tenetur enim quicunque proximum suum defendere, cap. Dilectio, de sent. exom. in 6.

148 Suppono 2. quod Regulares sunt idonei testes in causis tam ciuilibus, quam criminalibus sui Monasterij. Ita concesserunt Urbanus IV. Iulius II. Eugenius IV. Leo X. apud Rodriq. tom. 1. quæst. regul. q. 10. art. 1. qui rem ex professo tractat, & videtur docere, sine priuilegio id etiam posse fieri. Ita etiam Peregr. i. p. c. op. priuilej. ful. Ordin. tr. Tettimonium, Panorm. in cap. Numer. per teftibus, Sylu. ver. Tettimonium 1. verfu 9. & habetur in cap. Et si Christus. de iur. iur. in fine.

149 Suppono 3. quod Regulares non possint iniuri compelli iurare, ita concessi Eugenius IV. Cassinensis per suam confit. 7. que incipit. Et ex debito. §. 17. & per suam confit. 9. que incipit. Regularem vitam. §. 13. in bullar. Rodriq. pag. 84. & 88.

150 Ita que ad quasdam, post dictos emptores gabellarum exigere a Regularibus prædictum iuramentum. Quia hoc non est compellere simpliciter. Regulares ad iurandum, quod nequeunt seculariis iusta dicta facere, sed ex suppositione, si velint fibi res illas, quas dicunt esse ad vium proprium, sine solutione galbæ relaxari. Et tenentur dicti Regulares ad mentem dictorum exigentium iuramentum iurare; nec possunt aquinocare. Ita Sylu. ver. Iuramentum 3. qu. 2. fine. & verbo Mendacium, quæst. 6. fine. Sancti lib.; in decal. cap. 6. num. 3. Et ita video obsernari hic Genue: & videtur inducitur ad tollendas fraudes. Et fias. & dolus nemini debent suffragari. cap. Legi 16. quæst. 1. c. Audiuimus. de colluf. deteg. c. Sedes. Apostol. de recri.

151 Et si quæ etiam, an Regulares tenentur obseruare leges ciuilis, in bonum Reipublice ordinatas, vt leges taxantes pretia rerum, vel vetantes aliquod genitus vestitus, vel armororum.

¶ Licet ecclesiastici omnes sint exempti à potestate, & iurisdictione seculari, tam in causis ciuilibus, quam in criminalibus, vt constat ex Trid. leff. 25. de reformat. cap. Non minus, de immunit. Eccles. cap. fin. de rebus ecclesiæ non alienandis & habet Molin. tom. 1. de iust. tract. 2. dup. 3. 1. & dixi hie supra, num. 137. Legibus tam ciuilibus in communem iuritatem Reipublicæ inducitur subieciantur, & ea tenentur tenentur, quando contra Canones, & regulatim dicti lnam non sunt, & hoc non ratione obedientia, quia exempti sunt, sed ratione iustitia, & conformations cum tota Republica. Vnde si dictas leges transgrediantur, non tenentur ad penas conuictibus impositas, sed debent puniri à pro-